b. k. 415, 30.

De usu et necessitate conventuum et pastoralium

II i 2531

# CONVENTVS SYMMYSTARVM

TAMQVAM NECESSARIVM ET VTILE ADMODVM,

HODIE AVTEM PLERVMQVE NEGLECTVM,

EMENDATIONIS PVBLICAE AC PRIVATAE ADMINICVLVM,

PLVRIMVM REVERENDIS

# IN DIOECESI MISNENSI SYMMYSTIS

COMMENDAT,

EOSDEM

AD EIVSMODI CONVENTVS

IN POSTERVM SAEPIVS HABENDOS

INVITATVRVS,

DICTAE EPHORIAE

EPHORVS RECENS CONSTITVTVS

M. CHRISTOPH. HAYMANN.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

---

*MISNAE,*

LITTERIS SCHVLZIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-815878-p0001-0

# VIRI ADMODVM REVERENDI,
## SYMMYSTAE AESTVMATISSIMI DILECTISSIMIQVE,

Praeter omnem meam ſpem atque opinionem Vos compellare habeo neceſſe. DEO nimirum, ſummo rerum humanarum arbitro, ſic uolente, Rege Poloniarum et Electore Saxoniae, Patre Patriae longe clementisſimo, iubente, Conſiliariis Regio-Electoralibus intimis, cum Praeſide et membris ſupremi Senatus Eccleſiaſtici, Maecenatibus ac Patronis pie deuenerandis, gratioſe eligentibus et adprobantibus, poſt ſuperatas, DEO bene iuuante, dubitationes et curas ſatis graues aliasque remoras perplures, ad coetuum ſacrorum, curae Veſtrae commiſſorum, adgredior inſpectionem. Quo magis arduum eſt munus hoc mihi demandatum; quo plura Anteceſſor nonagenarius, poſt mortem adhuc uenerabilis, b. D. Georg. Lebrecht Wilcke, qui rarisſimo ſane exemplo per integros L.V. annos huic muneri praefuit, ſenectute tandem in illo confectus, eiusque Vicarius ſumme reuerendus ualetudine et ordinariis laboribus ſat grauibus, iisque catenatis, ſaepius impeditus, reliquerunt expedienda, in ordinem redigenda et reſtituenda, omnem licet uterque adhibuerit curam et diligentiam; quo difficiliora tandem haec noſtra ſunt tempora: Eo ſollicitior conquiro muneris dextre et fructuoſe adminiſtrandi adminicula. Non ultimum arbitror conuentus a Vobis, Fratres, mecum et Vosmet inter habendos, de quibus libitum eſt mihi pauca ante praefari, quam Vos, ut me conueniatis ſaepius, inuitem.

Haut inſcite celebris noſtrae eccleſiae Theologus, *Iuſtus Chriſtoph. Schomerus*, (*a*) animam uiſibilis eccleſiae in conuentibus fidelium poſitam eſſe ſtatuit, quippe qui conuentus externam credentium ſocietatem contineant, fidemque in partibus ſingulis accendant, ſeruent et ad poſteros propagent. Quum omnibus omnino
Ebr. X, chriſtianis curae cordique eſſe debeat mandatum Apoſtoli: Κατα-
24. 25. νοωμεν αλληλους εις παροξυσμον αγαπης ϗ καλων εργων, μη εγκαταλιπον-

(*a*) Vid. praefatio Diſputationum de Collegiatiſino tam orthodoxo, quam heterodoxo, denuo reuiſarum et auctarum, Luneb. 1692. 4.

ποντες την επισυναγωγην εαυτων, καθως εθος τισιν, αλλα παρακαλουντες, ϗ τοσουτῳ μαλλον, οσῳ βλεπετε εγγιζουσαν την ημεραν. Paſtores inprimis coetuum ſacrorum, tamquam typos gregum, ſtudium conueniendi ſacrum quam maxime decet. Turpe contra, uti in reliquis, ita in hoc etiam uirtutum chriſtianarum genere, eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum, cum eosdem, ad quos auditores hortatur, negligit conuentus. Sunt autem conuentus, quibus intereſſe oportet eccleſiae miniſtros, non in templis modo habendae conciones, non ſynodi ſolum, Summorum Imperantium iuſſu et conceſſione, ſaepius inſtituendae, eaeque tum generales et prouinciales, tum urbanae et dioeceſanae, ſed priuati etiam aliquot ſaltem ſymmyſtarum, uicinorum praeſertim et collegarum, congreſſus. Intermiſſionem illarum inter cauſas inordinatae chriſtianorum uitae ac diſciplinae neglectae non immerito refert b. *Theophilus Grosgebauer* in libro quantiuis pretii, multis tamen, quorum ακηδια poſſet mederi, aut prorſus ignoto, aut parui aeſtimato. (*b*) Concedit quidem hic ipſe uir ſuo tempore uigilantiſſimus, (*c*) in ſynodis et conuentibus eccleſiaſticis ſaepius nihil fere ad utilitatem eccleſiae eſſe collatum atque effectum, pluribus fructuum, quos ſemper poſſunt et debent ferre, ſi recte (*d*) inſtituantur, obſiſten-

(*b*) Inſcriptus eſt iſte liber: Wächterſtimme aus dem verwüſteten Zion, d. i. treuherzige und nothwendige Entdeckung, aus was Urſachen die vielfältige Predigt des göttlichen Worts bey Evangel. Gemeinen wenig zur Bekehrung und Gottſeligkeit fruchte rc. Frankf. am Mayn 1661. 8. Locus, ad quem hic reſpicitur, extat p. 106.

(*c*) Pag. 107. ſqq.

(*d*) Exemplum concilii rite inſtituti exhibent Sententiae Epiſcoporum de haereticis baptizandis, in Operibus *Cypriani* p. 339. ſq. ed. Froben. extantes, de quibus *Eraſmus Roterod.* in annotationibus: "Ipſa res indicat, hoc opus non eſſe compoſitum a Cypriano, ſed acta ſynodi, notariis excipientibus, quae gerebantur aut dicebantur. Nec enim eſt eadem omnium dictio, ſed ſatis apparet, omnes epiſcopos illius temporis eruditos fuiſſe. Eſt autem elegans cernere, quibus modis olim epiſcoporum concilium ſolitum ſit celebrari." Non poſſum, quin exordium iſtius ſcripti adſcribam: "Cum in unum Carthagini conueniſſent Calendis Septembris Epiſcopi plurimi ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cum Presbyteris et Diaconis, praeſente etiam plebis maxima parte, et lectae eſſent literae *Iubaiani* ad *Cyprianum* factae, item *Cypriani* ad *Iubaianum* reſcriptae, de haereticis baptizandis, quidque poſtmodum *Cypriano Iubaianus* idem reſcripſerit: *Cyprianus* dixit: Audiſtis, collegae dilectiſſimi, quid mihi *Iubaianus* coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito et prophano haereticorum baptiſmo, et quid ego ei reſcripſerim, cenſens ſcilicet, quod ſemel atque iterum et ſaepe cenſuimus, haereticos, ad eccleſiam uenientes, ec-

 cleſiae

ſiſtentibus impedimentis: Easdem tamen ſynodos ultimum eccleſiae in ſummis periculis refugium ſalutisque ſuae medium uocat, DEVM ſubinde reſeruare felicem rerum ſucceſſum, donec ultima haec quaſi tabula a naufragis arripiatur, obſeruans.

Mitto tempore praeſenti de ſynodis tam generalibus et prouincialibus, quam urbanis et dioeceſanis, in Dania adhuc conſuetis, (*e*) et in terris Brunſuic. ante aliquot annos publica auctoritate inſtitutis, (*f*) in Saxonia autem partim abrogatis, partim obſoletis, (*g*) illos modo conuentus paſtorales, qui ab unius aut plurium coetuum ſacrorum paſtoribus ſua ſponte inſtituuntur, tanquam neceſſarium et utile emendationis publicae ac priuatae adminiculum, commendaturus.

Notisſimi Vobis ſunt, Fratres in CHRISTO perquam dilecti, gradus admonitionis, a Summo noſtrorum gregum et animarum paſtore *Matth.* XVIII, 15. 16. 17. omnibus ac ſingulis chriſtianis, maxime uero cunctis eccleſiae miniſtris (*h*) ſapienter praeſcripti.

Hos

cleſiae baptiſmo baptizari et ſanctificari oportere. Item lectae ſunt uobis et aliae *Iubaiani* literae, quibus pro ſua ſincera et religioſa deuotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantum conſenſit, ſed et inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt, ut de hac ipſa re quid ſinguli ſentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem, ſi diuerſum ſenſerit, amouentes. Neque enim quisquam noſtrum, epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum, conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuas adegit: quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis et poteſtatis ſuae arbitrium proprium, tamque iudicari ab alio non poſſit, cum nec ipſe poſſit alterum iudicare. Sed expectemus uniuerſi iudicium Domini noſtri IESV CHRISTI, qui unus et ſolus habet poteſtatem et praeponendi nos in eccleſiae ſuae gubernatione, et de actu noſtro iudicandi." In exemplari, quo utor, manus antiqua in margine adſcripſit: "Modeſtia DEO et CHRISTO digna!" Addo: in quauis ſynodo imitanda. De concilio iſthoc, Carthagine a. CCLVI. celebrato, conf. ſumme uenerab. D. *Io. Ge. Walchii* hiſt. eccl. n. t. p. 1234. et 1289. ſq cum auctoribus ibi citatis.

(*e*) Vid. *Erici Pontoppidani* Theatrum Dan. P. II. c. 3. p. 78. ſq.

(*f*) Conf. Actorum hiſt. eccleſ. Vol. XIIII. p. 713.

(*g*) Leg. des Durchlauchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Auguſten, Herzogen zu Sachſen, des H. R. Reichs Ertzmarſchalln und Churfürſten ꝛc. ꝛc. Ordnung, wie es in ſeiner Churf. Gn. Landen, bey den Kirchen, mit der Lehr und Ceremonien, desgl. in Derſelben beyden Univerſitäten, Conſiſtorien, Fürſten- und Particular-Schulen, Viſitation, Synodis, und was ſolchen allen mehr anhanget, gehalten werden ſoll, p. 262. ſq. ed. Lipſ. 1580. f. et in *Io. Iac. Moſeri* Corp. Iuris Euang. Eccleſ. T. I. p. 1296. ſq. coll. *Andr. Beyeri* Addit. ad *Carpz.* Iuriſprud. Eccleſ. p. 4.

(*h*) Verba iſthaec Seruatoris ad paſtores coetuum ſacrorum praecipue ſpectare, uel ex hoc intelligi poteſt, quod ad

*Apo-*

Hos inter gradus, qui loco ſecundo numeretur, hic eſt: Εαν δε μη ακȣσῃ, (priuatim ſcil. correptus homo peccator,) παραλαβε μετα σȣ ετι ενα η δυο, ινα επι στοματος δυο μαρτυρων η τριων σταθῃ παν ρημα. Dolendum omnino eſt, alterum hunc admonitionis gradum in corripiendis peccatoribus negligi plerumque, immo prorſus omitti, non a Laicis modo, uerum etiam a Clericis ſic dictis. Cauſam huius defectus in alio quodam defectu potiſſimum ſitam eſſe arbitror, in defectu nempe Seniorum, e Laicis olim in plerisque fide-

Matth. XVIII, 16.



Apoſtolos ſint directa, et cum officio clauium, uti uocatur, connectantur, u. 1. 18. Injungitur ideo in articulis generalibus Saxonicis, nec non in decretis ſynodalibus a. 1624. et 1673. obſeruatio graduum admonitionis cuilibet eccleſiae miniſtro. Conf. Corpus iuris eccleſ. Saxonici p. 39. 41. 337. 375. et in opere Moſeriano allegato p. 909. 939. Bene hinc, alios inter Theologos, *Hieronymus Mencelius*, Superintendens olim comitatus Mansfeldici, in dem Bericht, aus was Urſachen oder wiefern ſich ein Pfarrherr anderer Pfarrkinder nicht annehmen ſoll : : Darinn auch von dem Amt der Kirchendiener, wie ſie die Sünder mit Ernſt ſtrafen und über chriſtliche Diſciplin halten ſollen, qui libellus extat in der Mansfeldiſchen Kirchen-Agende, Eisleben 1580. 4. poſtquam f. 132. recte aſſeruit: "Es erſtreckt ſich das Kirchenamt nicht allein ingemein auf das ganze Volk, ſo ihm befohlen iſt, (wie es etliche Generaliſten gerne gedeutet haben wolten,) ſondern auch inſonderheit auf eine iedere Perſon unter demſelben ihm anbefohlenem Pfarrvolk, daß ein ieglicher Kirchendiener auf eine iede Perſon, ſo viel ihm möglich iſt, und immermehr thun kan, treulich ſehe, lehre, vermahne und ſtrafe;" addit: "Zu welchem ihn der HERR CHRISTUS Matth. am 18. den Weg weiſet, und wie es geſchehen ſolle, berichtet. Confert idem uir beatus f. 144 b. dictum *Heſek.* 3, 17. ſqq. 33, 7. ſq. eum allegatis CHRISTI praeceptis, hiſce illud ita exponens; "Dieſem Spruche giebt der HERR CHRISTUS JESUS als der höchſte Lehrer, von welchem geſchrieben ſtehet, daß Ihn alle Menſchen hören ſollen, dieſe Interpretation und Auslegung Matth. am 18. daß, nach der gemeinen Predigt und Strafe der Sünden, auch die ſonderlichen und perſönlichen Vermahnungen ergehen und folgen ſollen; alſo, daß man erſtlich einen Sünder, des Sünden noch nicht aller Dinge am Tage, ſondern heimlich ſeyn, in geheim beſprechen ſoll, darnach, wo er nicht abſtehen und ſich beſſern will, ſollen einer oder zween Zeugen darzu genommen werden, und endlich, wo das nicht helfen will, ſoll er der ganzen Gemeine angeſagt werden." Experientia quoque ſatis comprobantur, quae uir iſte expertus f. 148. b. annotauit: "Dieſes, da man die Leute (wenns auch ſchon in geheim geſchicht) der Sünden halber anſpricht, ſtraft und zur Beſſerung ermahnet, iſt unangenehm, zuvoraus den ſichern und muthwilligen Leuten verdrieslich und zuwider. Derhalben machts viel Weſens, und wills ſchier niemand verſtehen, und CHRISTI Befehl und Ordnung ſeyn laſſen. Und iſt und bleibet doch gleichwohl ſein unwiederruflicher Befehl und Wille, nach welchem ſich alle treue Prediger richten ſollen, wie ſehr ſich auch der Satan und ſeineölliſche Pforten dawider legen und ſperren."

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-815878-p0005-2

fidelium coetibus, hodie uero in admodum paucis, rite conſtitutorum. Quum etiam optandum quidem (*i*), uix autem, in praeſenti rerum ſtatu, ſperandum ſit, fore, ut mos ille, conſtituendi in unoquolibet coetu ſacro Presbyteros Laicos, reuiuiſcat: Qua ratione alter ille admonitionis gradus, a CHRISTO praeſcriptus, iuſte et ſalutariter obſeruari poſſit, non uideo, niſi eccleſiae miniſtri ſibi ipſis in hoc correptionis auditorum priuatae negotio ſatis arduo manus quaſi porrigant. Spectant eo, quae circa hunc alterum admonitionis gradum in ſupra laudata Electoris *Auguſti* ordinatione eccleſ. praecipiuntur, reſpectu corripiendorum, altera uice, tam Laicorum, quam Clericorum, ab Inſpectore, adſcitis, ſi praeſto ſint, Diaconis ſui coetus. (*k*) Et quid obſtat,

quo

(*i*) Supra laudatus *Theoph. Grosgebauer* l. c. p. 56. animi ſui pium deſiderium notumque hac in re ita declarauit: "Uiber eine iegliche Gemeine von tauſend Seelen ſolten zum wenigſten dreyſig Aelteſten und Aufſeher ſeyn." Pergit idem p. 57. "Damit mich aber der günſtige Leſer, was ich von den Aelteſten der Gemeine gemeldet, recht verſtehen lerne, ſo iſt anzumerken, daß dieſe Aelteſten vormals bis auf 400. Jahr nach des HERRN Geburth ſind keine Clerici und öffentliche geordinirte Kirchendiener geweſen, ſondern von den Clericis unterſchieden, und haben beydes auf ihre Gemeinen, beydes auf die Clericos und Prediger ſelbſt, müſſen Achtung geben, daß alles in guter Ordnung, Friede und Erbaulichkeit erhalten würde. Darzu wurden anſehnliche gottesfürchtige Männer erwehlet, welche *Auguſtinus* Seniores nobilisſimos nennet, über den 36. Pſalm, die zugleich mit den Biſchöffen und Predigern die Kirche regierten. Hernach als dis edle Amt und Stand der Aelteſten gefallen, verlohr auch dis Wort Seniores ſeine Bedeutung, und ward in den Abendländiſchen Kirchen vor die Bedeutung eines Herrn genommen, daher noch der Welſche ſpricht: il Signore; der Spanier: el Sennor; der Franzoſe: le Seigneur. So hat der Papſt die Brüderſchaft aufgelöſet, und uns beydes die Namen und die Sache ſelbſt entriſſen, und ſeine Herrſchaft eingeführet. Nun kan keinesweges die verwüſtete Kirche GOTTES wieder allein durch das Predigen und durch die Prediger in einen ſeeligen Stand geſetzet werden, es ſey denn, daß in Städten und Dörfern Aelteſten erwehlet, und nach Art der uralten chriſtgläubigen Kirche eingeſetzet werden." Conf. *Io. Brunnemanni* Ius eccleſ. L. I. c. VI. §. IV. V. VI. p. 224. ſq. cum addit. *Sam. Stryckii* p. 229. ed. Francof. 1709.

(*k*) Pag. 269. ſq. ed. Lipſ. 1580. f. "Was Gebrechen und Mängel der Kirchendiener Perſon und die Verrichtung ihres Amts, auch ihrer ſelbſt und derſelben Weib und Kinder Leben und Wandel betrift, = = Sollen in denſelben, nach der Lehre CHRISTI, Matth. 18. die Gradus admonitionum, nachfolgender geſtalt, gehalten werden, daß der Pfarrer, Kirchen- und Schuldiener, es ſey Untreu, Unfleis in ſeinem Amte, Leben, unleidliches Aergernis, für ſich ſelbſt, oder auch ſein Weib und Kinder, beſchuldigt oder verdächtig, ſoll er deshalben für das erſtemahl durch ſeinen ordentlichen Viſitatorem freundlich erinnert, geſtraft und zur Beſſerung vermahnet werden.

So

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-815878-p0006-8

quo minus conterminarum quoque Paroeciarum paſtores, quoties
fert illorum conditio, communicatis inter ſe conſiliis, coniunctim
τȣς αμαρτανοντας, fruſtra iam ſeorſim admonitos, corripiant, o-
nemque nauent operam, ut errorum aut uitiorum, quorum ſunt
rei, conuincantur et ad μετανοιαν perducantur? Quod ut rite et
cum fructu fiat, precibus maxime opus eſt, a coniunctis ita in
CHRISTO fratribus coniunctim quoque fundendis. Precibus Jac. I, 5.
enim a DEO expetenda eſt caeleſtis illa ſapientia, ad correptio- III, 17.
nem peccantium fructuoſam maxime neceſſaria. Sapientiſſimo V, 16.
hinc conſilio ſummus docentium doctor praeceptis de corripien- 19. 20. Matth.
dis peccatoribus promiſſionem addit de exaudiendis in ipſius no- XVIII,
mine conuenientium eccleſiae miniſtrorum, aliorumue fidelium, 15-18.
pre- 19.20.

So nun der Kirchen- oder Schuldiener ſolches zugeſagt, aber nicht erfolget, und das Aergernis ie länger ie größer bey der Gemeine worden, ſoll er für das andere mahl vor den Superintendenten, in Gegenwart ſeines ordentlichen Viſitators, oder da der Superintendens ſelbſt Viſitator an dieſem Ort, in Gegenwart ſeiner Diaconorum, erfordert und mit Ernſt zur Beſſerung vermahnet werden. Wenn aber auch ſolche andere Vermahnung das Aergernis bey ihm nicht abgeſchaffen, und der Superintendens ſolches berichtet, ſoll er es nicht lange anſtehen laſſen, ſondern was mit gedachter Perſon durch den Adjuncten und ihn, den Superintendenten, gehandelt, zum Conſiſtorio berichten, damit er daſelbſt hin erfodert, und für das dritte und letztemahl, mit beſonderm Fleis und ernſtlicher Bedräuung zur Beſſerung vermahnet, und da dieſelbe auch nicht erfolget, und deshalben von ihm weitere Klage oder Bericht einkommen, er ſeines Dienſtes hiermit entſetzet ſeyn ſoll. = = Gleicher Proceß ſoll auch mit den Pfarrkindern, durch die verordneten Special-Superintendenten und derſelben Adjuncten gehalten werden; Wenn von den Eingepfarrten einem oder mehr, wer er auch ſeyn mögte, was berichtet, ſo ärgerlich oder dem Pfarrer in ſeinem Amte verhinderlich, oder an ſeiner und der Seinen Unterhaltung, Schutz und Schirm nachtheilig ſeyn möchte, = = Soll er gleichergeſtalt alsbald dieſe Verordnung thun, daß den ärgerlichen Menſchen, ſo es eine Privat-Perſon, der Pfarrer = = für ſich erfordere, und demſelben, was offenbar iſt, von wegen des gegebenen Aergernis, fürhalte = = und alſo mit höchſter Sanftmuth und Beſcheidenheit ſie zur Buſſe und Beſſerung ermahnen. Wenn aber ſolche Perſon ſich nicht beſſert, da dann der Pfarrer auch wohl für das andere mahl etzliche ſeiner Diaconorum, da ſie vorhanden, oder, im Mangel derſelben, die Kirchväter zu ſich ziehen mag, und gleichwohl auch ſolche Vermahnung in Wind geſchlagen, ſoll der Pfarrer ſolches an ſeinen Viſitatorem berichten, welcher, da es den Verzug auf künftige Viſitation nicht leiden kan, die ärgerliche Perſon für ſich erfodere, und im Beyſeyn des Pfarrers und Amtmanns, Erb- oder Gerichtsherrn, wo die vorhanden, und es ihre Perſonen nicht betrift, ſie nochmals zur Beſſerung ernſtlich vermahnen ſoll, u. ſ. w. Eadem ferme praecipiuntur in ordinationibus eccleſ. Pomeran. et Coburg. Conf. *Io. Iac. Moſeri* Corpus Juris Euang. eccleſ. T. I. p. 112. et 404.

precibus et de ſua ipſius in eiusmodi conuentibus praeſentia. Quum itaque ipſe Saluator hic uelit eſſe praeſto, et preces, coniunctim fuſas, clementisſime ratas habere, quis quaeſo dubitabit, quin conuentus, ad conuincendos et reducendos peccatores potisſimum inſtituti, Saluatori ſint grati et accepti, illis uero, qui conueniunt et quorum cauſa inſtituuntur, admodum utiles, immo ſalutares? Ne Laicorum quidem conuentus priuatos eo ſpectantes improbat b. *Lutherus* in libello, quem inſcripſit: D. L. deutſche Meſſe und Ordnung des Gottesdienſtes, (*l*) defectu ſaltem eorum, qui rite conuenirent, ab eiusmodi conuentuum conſtitutione impeditus. Ego uero, non de Laicorum, ſed Clericorum conuentibus priuatis diſſerens, quae *Lutherus* de corrigendis et excludendis chriſtianis non chriſtiane uiuentibus ſuaſit, eatenus ut obſeruentur et peragantur, eccleſiae miniſtris ſuaſor et impulſor ſum, quatenus alter admonitionis gradus, ab ipſo Saluatore praeſcriptus, communi aliquot Paſtorum opera, uti ſupra eſt dictum, commode et ſalutariter eſt adhibendus, tertio eodemque ultimo, excommunicatione nimirum, Conſiſtoriis prorſus relicto. Et hac demum ratione degenerata illa et ubique nunc fere antiquata, quae uocatur, cenſura eccleſ. publica ad priſtinam reducetur ſimplicitatem, nec de illius abolitione, inſtar equorum, a frenis liberatorum, exultabunt porro ſtupratores, moechi, ſcorta, aliique homines deperditi, ad ſalutem unica forſitan hacce uia adhuc reducendi.

Neque ad priuatam modo unius et alterius peccatoris in quouis coetu ſacro emendationem Symmyſtarum conuentus, pie ac rite inſtituti, multum iuuant, ſed publicae etiam οικοδομῃ egregie pro-

(*l*) "Die dritte Weiſe (des Gottesdienſtes), ſo die rechte Art der Evang. Ordnung haben ſolte, müßte nicht ſo öffentlich auf dem Platze geſchehen, unter allerley Volk, ſondern diejenigen, die mit Ernſt Chriſten wolten ſeyn, und das Evangelium mit Hand und Mund bekennen, müßten mit Namen ſich einzeichnen, und etwa in einem Hauſe allein ſich verſamlen zum Gebeth, zu leſen : : In dieſer Ordnung könte man die, ſo ſich nicht chriſtlich hielten, kennen, ſtrafen, beſſern, ausſtoßen oder in den Bann thun, nach der Regel CHRISTI, Matth. 18, 15. f. f. Hie könte man auch ein gemein Almoſen den Chriſten auflegen, das man williglich gäbe und austheilete unter die Armen, nach dem Exempel St. Pauli 2 Cor. 9, 1. 2. 12. : : Aber ich kan und mag noch nicht eine ſolche Gemeinde oder Verſamlung ordnen oder anrichten. Denn ich habe noch nicht Leute und Perſonen dazu; ſo ſehe ich auch nicht viel, die dazu dringen. Kömts aber, daß ichs aus gutem Gewiſſen nicht laſſen kan, ſo will ich das meine gerne dazu thun, und das beſte, ſo ich vermag, helfen." Extant haec uerba T. X. Operum *Lutheri*, Halae a. 1744. ed. p. 271. ſq.

proſunt, ſi uerbum DEI, uti fas eſt, ſedulo et ακριβως in iis tra-
ctetur. Super hoc nempe θεμελιῳ των αποϛολων ϗ προφητων, cuius Eph. II,
ακρογωνιαιον eſt ipſe CHRISTVS, aedificati ſunt et doctores et au- 20. 21.
ditores cuiuſuis coetus ſacri, tamquam lapides uiui. In eodem
ακρογωνιαιῳ πασα η οικοδομη συναρμολογȣμενη αυξει εις ναον αγιον εν
ΚΥΡΙΩι. Scrutinium hinc ſacrae ſcripturae cum omnibus chri-
ſtianis, tum uerbi huius diuini miniſtris et praeconibus, omni
tempore ac loco curae cordique eſſe debet. Quidni ergo ad hos
potiſſimum, conuentiones priuatas habentes, ſpectet adhortatio
Paulina: Ο λογος τȣ ΧΡΙΣΤΟΥ ενοικειτω εν υμιν πλȣσιως? Certe Col. III,
διδασκοντες ϗ νȣθετȣντες εαυτȣς, quorum mox meminit Apoſtolus, 16.
hoc ſuum munus haut rite exequentur, niſi, ad exemplum *Apolli-* Act.
*nis* chriſtiani, δυνατοι εν ταις γραφαις, κατηχημενοι την οδον τȣ ΚΥ- XVIII,
ΡΙΟΥ ϗ ζεοντες τῳ πνευματι, conjuncti inter ſe loquantur et do- 24. u. 25.
ceant ακριβως τα περι τȣ ΚΥΡΙΟΥ, et nihilo minus ab aliis την τȣ u. 26.
ΘΕΟΥ οδον ακριβεϛερον ipſis exponi patiantur, immo gaudeant.
Quis enim neſcit, oculos plures plus uidere, uti alias, ita in ſcru-
tandis etiam Scripturis, quam unum et alterum, ſtudiumque ſcru-
tantium acui et excitari exemplis? Addo, quod experientia me do-
cuit ſaepius, in conferendo meditationes ſacras unam ex altera
naſci et inſtar ſcintillarum ex lapidibus inter ſe colliſis procreari.
Atque adeo Sacra Scriptura, communi plurium conſilio ſtudioſe
tractata, quam maxime deprehenditur utilis προς παιδειαν την εν 2 Tim.
δικαιοσυνῃ, ινα αρτιος η ο τȣ θεȣ ανθρωπος, DEO conſecratus uerbi III, 16.
diuini miniſter, προς παν εργον αγαθον εξηρτισμενος. In precibus 17.
pariter ac in ſtudio ſacrarum litterarum uis unita eſt fortior, ro-
boratque animos conjunctim precantium et meditantium, ut eo
melius reſiſtere queant hoſtibus ſpiritualibus, quibuscum illis eſt
dimicandum, omnemque aedificationis et emendationis, tam pu-
blicae, quam priuatae, occaſionem ſedulo arripiant, et prudenter
uſurpent, καιρον εξαγοραζομενοι uel multo etiam magis, quo peio-
ra ſunt tempora, in quae DEVS nos reſeruauit.

Ne autem conuentus paſtorales, quorum hic ſcopus et uſus
eſſe poteſt, nouitatis arguantur, uel ad Remp. *Platonis* et *Vtopiam
Mori* relegentur, praeſto ſunt exempla eiusmodi conuentuum,
inſigni cum fructu olim habitorum, cum canonibus antiquae chri-
ſtianorum eccleſiae multisque doctorum, qui hoſce conuentus

laudarunt et commendarunt, teſtimoniis. Primus, quem excito teſtem, ſit *Ignatius*, Epiſcopus Antiochenus, qui a. C. 107. Romae ſanguine ſuo ſui oris, ſeu potius Spiritus S. effata, ex ſacris litteris depromta, obſignauit. Commendat ille in epiſtola ad *Polycarpum* crebriores paſtorum conuentus, nec non τὸ συγκοπιᾷν, τὸ συντρέχειν et τὸ συμπάσχειν. (*m*) Inter canones, qui uocantur Apoſtolici, et ex decretis Conciliorum, tribus prioribus poſt C. N. ſeculis habitorum, uidentur eſſe enati, (*n*) trigeſimus ſeptimus duos quotannis conuentus iniungit Epiſcopis, ad diiudicandas inter ſe pietatis doctrinas et dirimendas controuerſias inſtituendos (*o*). Plurium conciliorum decreta eiusdem argumenti collegerunt *Matth. Monachus* (*p*) et *Ioſeph. Binghamus* (*q*). Obſeruata quoque fuiſſe per aliquot ſecula haec Conciliorum decreta, ſcripta et acta, quae extant, teſtantur. Seculo autem XII. collapſum queritur hunc morem pium et utilem *Io. Zonaras* in ſcholiis ad Canonem Apoſt. cit. (*r*) Nec mirum, ſub Papatus barbarie ac tyrannide conticuiſſe Epiſcoporum et Paſtorum conuentus, cunctis fere uitiis deditorum. Sic a. 1130. *Godeuoldus*, uel (ut *Sarctorius* illum uocat) *Gotholdus*, Praeſul Miſnenſis, ſynodum quidem conuocauit in hanc urbem omnium ſacerdotum ſuae dioeceſis, diſciplinam in ea congregatione reſtituturus laxatam et licentiam ſacerdotum coerciturus. Sed ita ab omnibus ei repugnatum eſt, ut deſiſtere a propoſito cogeretur. (*s*) Reuixerunt tamen iſti conuentus, excuſſo Pontificis Rom. iugo, in eccleſia repurgata, (*t*) ſum-

(*m*) Antiquisſimam, poſt ſcripta Apoſtolorum, *Pauli* maxime, miniſtrorum eccleſiae inſtitutionem has litteras continere, obſeruauit, Germanice eas operi praeſtantisſimo, quod inſcripſit Theologiam paſtor. practicam, praefigens, Theologus canitie et meritis ſumme uenerabilis. Verba, quae huc ſpectant, p. 8. et 10. ita in uernaculam leguntur conuerſa: "Sey darauf bedacht, daß fein viele Zuſammenkünfte gehalten werden. ; ; Arbeitet gemeinſchaftlich: Kämpfet gemeinſchaftlich: Laufet gemeinſchaftlich: Leidet gemeinſchaftlich. Stehet mit einander auf, gehet mit einander ſchlafen, als Haußhalter, Mitgenoſſen und Knechte GOTTES."

(*n*) Conf. *Guil. Beueregii* uindicat. et illuſtr. Canonum primitiuae eccleſiae c. II. §. 1. ſq.

(*o*) In praef. Theologiae paſt. pract. quam laudaui, canon iſte, ex Synodico ſiue Pandectis Canonum Apoſt. a *Beueregio* Oxoniae 1672. f. editis, Graece et Germanice reperitur.

(*p*) Vid. eius Syntagma lit. S. c. 9. p. 230. edit. *Beuer.*

(*q*) Conf. illius Orig. eccleſ. Vol. I. p. 225. ed. Lat.

(*r*) Vid. *Beueregii* Synodicon p. 26.

(*s*) Cf. *Ge. Fabricii* Annal. urbis Miſnae p. m. 94.

(*t*) Collegi plures ante annos exempla

ſummorum quoque imperantium mandatis hinc inde corroborati. Vt plures in praeſenti taceam eiusmodi ordinationes, in comitatibus Oldenburg. et Delmenhorſt. poſt habitam uiſitationem eccleſ. a. 1637. praeceptum eſt, ut uicini Paſtores ſingulis menſibus conueniant, de rebus fidei mediisque ſalutis inter ſe collaturi.



pla coniuncti in ſcrutandis ſacris litteris ſtudii, a temporibus repurgatae per b. *Lutherum* eccleſiae ad noſtra usque, occaſione ſocietatis, quam tum temporis meditabar, Paraphraſticae. Conf. *Act.* hiſt. eccl. Vol. IV. p. 335. Praecipuum ipſius *Lutheri* et ſociorum in recognoſcenda et expolienda ſacri codicis uerſione uernacula exemplum b. *Io. Matheſius* conc. XIII. de uita *Lutheri* f. 142. b. ed. Norib. 1600. 4. ita expoſuit: "Als nun erſtlich die ganze deutſche Bibel ausgangen war, und ein Tag lehret immer neben der Anfechtung den andern, nimmet D. Luther die Biblien von Anfang wieder für ſich, mit großem Ernſt, Fleis und Gebeth, und überſiehet ſie durchaus, und weil ſich der Sohn GOTTES verſprochen hatte, Er wolle darbey ſeyn, wo ihr etliche in ſeinem Namen zuſammen kommen, und um ſeinen Geiſt bitten, verordnet D. Martin Luther gleich ein eigen Sanhedrim von den beſten Leuten, ſo desmahls vorhanden, welche wöchentlich etliche Stunden vor dem Abend-Eſſen in Doctors Kloſter zuſammen kamen, nemlich D. Joh. Bugenhagen, D. *Iuſtum Ionam*, D. Creuziger, M. *Philippum, Matthaeum Aurogallum*, dabey M. Georg Rörer der Corrector auch war. Oftmals kamen fremde Doctorn und Gelehrte zu dieſem hohen Werk, als D. Bernhard Ziegler„ (de quo uiro nobili et Theologiae doctore, nec non linguae ſanctae Profeſſore excellentisſimo, in hac uicinia nato, Lipſiae autem a. 1552. mortuo, uide ſis *Ge. Fabricii* Annales huius urbis p. 205.) "D. *Forſtemius* ("ſeu potius *Forſterus*.) "Wenn nun Doctor zuvor die ausgangene Bibel überſehen, und darneben bey Jüden und fremden Sprachkündigen ſich erlernet, und ſich bey alten Deutſchen von guten Worten erfraget hatte, : : kam D. Martin Luther in das Conſiſtorium, mit ſeiner alten Lateiniſchen und neuen Deutſchen Biblien, darbey er auch ſtettigs den Hebräiſchen Text hatte. Herr *Philippus* brachte mit ſich den Greckiſchen Text, D. Creuziger neben dem Hebräiſchen die Chaldäiſche Bibel, die Profeſſores hatten bey ſich ihre Rabbinen, D. Pommer hatte auch einen Lateiniſchen Text für ſich, darinn er ſehr wohl bekannt war. Zuvor hatte ſich ein ieder auf den Text gerüſt, davon man rathſchlagen ſolte, Greckiſche und Lateiniſche, neben den Jüdiſchen Auslegern überſehen. Darauf proponirt dieſer Präſident einen Text, und lies die Stimmen herumgehen, und höret, was ein ieder darzu zu reden hätte, nach Eigenſchaft der Sprache, oder nach der alten Doctorn Auslegung. Wunderſchöne und lehrhafte Reden ſollen bey dieſer Arbeit gefallen ſeyn, welcher M. Georg etliche aufgezeichnet, und die hernach als kleine Glößlein und Auslegung auf den Rand zum Text gedruckt ſind.„ Conuentui huic Exegetico addo Dogmatico-Polemicum, hic Miſnae a. 1548. habitum, in quo quid de libro Auguſtano, qui Interim inſcribebatur, Theologi ſentirent, ſcripto expoſuerunt errorumque refutationem ediderunt uiri illuſtres et uenerandi, Dominus *Georgius*, princeps Anhaltinus, *Philippus Melanchthon*, *Caſp. Cruciger*, *Io. Forſterus*, *Anton. Lauterbachius*, *Dan. Greſerus*, teſte *Fabricio* in Annal. cit. p. 203.

Verba inſtructionis, ab *Antonio Buſchero* confectae digna ſunt, quae hic legantur et hodie quoque obſeruentur. Exſtat autem iſta inſtructio tum ſeparatim Oldenburgi 1712. recuſa, tum Corpori Conſtitutionum Oldenburg. Oetkeniano, (*u*) nec non collectioni ſelectarum materiarum ad aedificationem regni diuini ſpectantium (*w*) inſerta. Exotica adamantes conferant, in eadem emendata collectione (*y*) quae memorantur de inſtitutis in Anglia circa a. 1570. et 1699. conuentibus paſtorum, ad quos ipſe Archiepiſcopus Canterb. et Primas Angliae, D. *Th. Tenniſon*, uniuerſum clerum Anglicanum litteris encyclicis excitauit, (*z*) quae admonitio optato

(*u*) T. I. p. 62. ſq.

(*w*) Vol. II. p. 734. ſq. ubi p. 743. ita explicita eſt laudata inſtructio: "Die Vicini Paſtores ſollen, wo nicht alle Monden, um den andern und dritten Monden zuſammen kommen, von nöthigen Glaubens-Sachen, nicht aus Ehrgeitz oder Zankſucht, ſondern aus Liebe zur Erbauung zu conferiren, inſonderheit von Mitteln, ihrer Zuhörer Gottesfurcht beförderlich, in Demuth brüderlich reden und födern, und da an ſelbigem Ort die refractarii durch ihrer aller Gegenwart und Auctorität mehr als einer Perſon zur Beſſerung mögten angemahnet werden, mögen ſie ſolche zu ſich fodern, und alles Reden und Thun zu dero Buſſe anwenden, unter ſich ſelbſt auch ihre eigene Mängel andeuten, corrigiren, die Noth klagen, das Zunehmen im Chriſtenthum, wie es ein ieder bey ihm und den Seinen ſpüret, befördern, GOTT zu Ehren und andern zur Nachfolge entdecken, und alſo chriſtbrüderliche Einigkeit unter einander halten in Lehr und Leben. Und damit dieſer hochnüzliche Conuentus von den Boßhaftigen nicht verläſtert werde, können ſie nicht beſſer thun, als in der Kirchen dis angedeutete göttliche Werk verrichten, mit dem Gebeth und guten Vorſatz anfangen und endigen, und denn ohne Völlerey oder Schein denſelbigen alſo fried-freundlich und voll Freude im HERRN mit dem Seegen von einander ſcheiden. Der HERR JESUS befödere und verſiegele es durch den H. Geiſt in uns allen, zu ſeiner Ehre, ſeiner Kirchen augenſcheinlichen Aufnahme und Erbauung, auch unſerm eigenen zeitlichen und ewigen Heil. Amen. Amen."

(*y*) T. I. p. 241. et 461.

